

*in la libreria de P. Calet.º de Sala-*  
*manca* — D. DIONYSII

AREOPA=

GITÆ OPERA

OMNIA QVAE EXTANT.

EIVSDEM VITA.

SCHOLIA INCERTI AVTHO-

RIS IN LIBRVM DE ECCLE-  
siastica Hierarchia.

QVAE OMNIA NVNC PRIMVM

à Ioachimo Perionio Benedictino Cormœ-  
riaceno, Henrici Gallorum Regis interpre-  
te, conuersa sunt.

HISCE ACCESSERE SANCTISS.

vetustissimorumq; patrum D. Ignatij atq;  
Polycarpi epistolæ, vera pieta-  
te, solidaque doctrina  
refertæ.

*fr. Aug.º de Sabata ord.º predicatorum*

COLONIAE.

Apud hæredes Arnoldi Birckmanni.

D. LVII.

# CARDINALI

VINDOCINENSI PRINCIPI,

IOACHIMVS PERIONIVS BENE-

ctinus cormœriacenus,

S. P. D.



*Non sum nescius, Cardina-  
lis & princeps clarissis-  
me, multos esse miratus  
ros, quid sit, quamobrē  
cū tam multi adhuc Dionysij A-  
reopagitæ Atheniensis primum, deins-  
de Parisiensis Pontificis, atque aded  
Gallorum Apostoli, Opera ex Græcis  
ad nostrorū hominū cognitionem tran-  
stulerint, ego nunc demum eadem con-  
uertenda susceperim. Itaque initio to-  
tius operis, quo facilioribus & æquior-  
ribus illis vtar, eorūque facilius res  
prehensiones linguasq; vitem, causas,  
quæ me & maximæ & grauissimæ*

*A 2 impus*



# B. DIONISII

AREOPAGITÆ AD

TIMOTHEVM PONTIFI-

*cem de Cœlesti Hierarchia liber Ioa-*

*chimo Perionio Benedictino*

*Cormæriaceno Regio*

*interprete.*

OMNEM DIVINAM ILLUSTRATIONEM,

*quæ propter bonitatem uariè ad ea*

*quæ prouidentia gubernantur, proficiscitur*

*manere simplicem: neque hoc solum, sed*

*etiam unum facere ea quæ illustrantur.*

## CAPVT I.



MNE datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à Patre luminum. Quinetiam luminis, quod patris instinctu ac nutu effunditur, progressus omnis, ad nos concessu ac munere Dei perueniens, rursus nos, ut vis coniungens excitando dilatat, atq; ad colligentis

# SHOLIA, SIVE

## COMMENTARIUS IN-

### CERTI AUCTORIS IN LI-

BRUM B. DIONYSII AREOPAGITAE

De Ecclesiastica Hierarchia, à Ioachi-

mo Perionio Benedictino Cor-

mæriaceno, Henrici Gallo-

rum Regis interprete

conuersus:



In uinos efficientis scientiæ) De-

um efficientem appellat eam,

quæ ex Deo agit & operatur,

sive quæ hominibus datur.

Christianorum etiam hierar-

chiam ait Deos facere & ab-

soluere, atq; Ecclesiastici or-

dinis scientiam se accepisse traditione. Enuncies)

Ἐνοχθεῖσιν, id est, non ridiculè, & irreuerèter ostē-

des omnibus profanis, qui ad occasionem risus di-

uinas & mysterij plenas res transferunt. Cum iis

solis qui sancti erunt) Nō esse sacra profanis enun-

cianda, nec margaritas suis proliciendas. Qui

mens est) Notandum est contra Nestorianos, men-

tem etiam in Deo dici. Tum sanctitatis) sive pu-

ritatis & purgationis ad sanctitatem. Nostras

Cc

etiam)

Fol. 38. p. 1. 2



**DIVI IGNATIUS QUI  
ET THEOPHORVS, ANTIO-  
CHENAE ECCLESIAE EPISCOPI  
& Martyris, Epistolæ.**

Ioanni Sancto seniori Ignatius & qui cum  
eo sunt.



**R**A TER de tua mora do-  
lemus grauitèr, allocutionibus  
& consolationibus tuis robo-  
randi. Si tua absentia proten-  
datur, multos de nostris desti-  
tuet, properes igitur uenire,  
quia credimus expedire. Sunt

& hic multæ de mulieribus nostris Mariam Iesu  
uidere cupientes, & quotidie à nobis ad uos discur-  
rere uolentes, ut eam contingant & hubera eius  
tractent, quæ Dominum Iesum aluerunt, & quæ-  
dam eius secretiora percunctentur ipsam Mariam  
Iesu. Est & Salome, quam diligis, filia Anne Hie-  
rosolimis, & quinq; mensibus apud eam cõmorata.  
Et quidam notificauère eandem matrem Dei om-  
nium gratiarum esse abundantem, & omnium uir-  
tutum more uirginis, uirtutis, & gratiæ fecundã.  
quæ (ut dicunt) in persecutionibus & afflictionibus  
est hilaris, in pœnuriis & indigentis nõ quæ-  
rula, miuriantibus grata, & modesta in re læta.

Miseris

# POLYCARPI MARTYRIS, SMYRNÆORVM

EPISCOPI, DISCIPVLI IOAN-  
NIS Euangelistæ, ad Philip-  
penses, Epistola.

Polycarpus & qui cum eo sunt presbyteri, Ec-  
clesiæ Dei quæ est Philippis, misericordia vobis, &  
à Deo omnipotente, & Iesu Christo saluatore no-  
stro abundet,



*Congratulatus sum vobis magni-  
fice in Domino nostro Iesu Chri-  
sto, suscipiens imitabilia verba  
dilectionis quam ostendistis in il-  
lis, qui promissi sunt viris san-  
ctis, decoris uinculis connexis, quæ sunt coronæ ec-  
clesiæ Dei, illius veri regni, per Dominum nostrum  
Iesum Christum, & quia firmitas fidei uestre à  
principio usque nunc permanet, & sanctificatur in  
Domino Iesu Christo, qui sustinuit pro peccatis no-  
stris usque ad mortem, quem resuscitauit Deus,  
dissoluens dolores inferni, quem cum non nideris-  
tis nunc diligitis, in quem nunc non aspicientes,  
creditis. Credentes autem, gaudebitis gaudio in-  
enarrabili, & glorificato, in quo multi desiderant  
introire, scientes quia gratia facti estis, non ex ope-  
ribus.*